

**Dissertatio medica inauguralis quaedam de rachitide complectens ... /
Eruditorum examini subjicit Robertus Gooch.**

Contributors

Gooch, Robert, 1784-1830.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant Adamus Neill et Socii, 1807.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/za7g3qd2>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

QUÆDAM

DE

RACHITIDE

COMPLECTENS.

DISSERTATIO MEDICA

IN ADGERALIS

GUEDAM

DE

RACHITIDE

COMPLETENS

DISSERTATIO MEDICA

DE GEONIAUGERALIS S. S. T. P.

ACADEMIAE MEDICAE AMSTELÆDAMI

GUEDAM

AMSTELÆDAMI SENATUS ACADEMICI COMITIBUS

DE

INSTITUTIONE RACHITIDIS MEDICIS

RACHITIDE

PRO GRADU DOCTORIS

COMPLETENS

DE RACHITIDE COMPLETENS

EXAMINIS AMSTELÆDAMI

ROBERTUS GOCH

AMSTELÆDAMI

ROBERTUS GOCH

AMSTELÆDAMI

in Calendario Johanne, anno incipiente

AMSTELÆDAMI

AMSTELÆDAMI

RECTORIBUS AMSTELÆDAMI

AMSTELÆDAMI

2

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS

QUÆDAM

DE

RACHITIDE

COMPLECTENS ;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, S S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT


ROBERTUS GOOCH,

ANGLUS :

SOCIET. REG. MED. EDIN. SOC. EXTRAORD.

NECNON, SOCIET. SPEC. EDIN. SOC.

VIII. Calendas Julias, horâ locoque solitis.



EDINBURGI :

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

1807.

DISSERTATIO MEDICA

INAVICULARIS

DE

RACHITIDE

COMPLETENS

QUAM

ANNUNTIAT SUMMO NUMERO

ET DOCTORATU REVERENDI AMBROSII VET.

D. GEORGI BAIRD, S.S.T.P.

ACADEMIE EDINBURGENSIS PRÆFECTI

RECTOR

AMPLISSIMO SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET

MAJORE FACULTATIS MEDICÆ DICTATO

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISSO IN MEDICINÆ HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

ALIA ET LEGITIME CONSEQUENDIS

CAUSIDICUM EXAMINI SUBMITTIT

ROBERTUS GOOCH

PHYSICUS

PHYSICUS REG. MED. EDIN. SOC. EXTRAORD.

PHYSICUS, SOCIUS SPEC. EDIN. SOC.

1711. Calendar Julian, hora hœcque solis.

EDINBURGI

EXCURREANT ADAMUS NEILL ET SOCIJ

1807.

CORNELIO GIRLING HARLEY,

QUI STUDIIS SUÆ JUVENTUTIS

SPONTE MULTUM OPITULABATUR,

HOC TESTIMONIUM

ANIMI GRATI,

DEDICAT

ROBERTUS GOOCH.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCTORALIS

CORNELIO GIRLING HARLEY,

QUI ET UDUS SUUS JUVENITUS

RACIITIDE

COMPLETUS

HOE TESTIMONIUM

Maximum periculum salutis infantium
immixtum, plurimum enim noxia noxia
que obediunt, quia matris sem virgines vel in-
hil vel peripartum obesse possunt. Matre im-
becilla pene vel in ipso vitæ hinc agrotat in-
sana, saltem propter habitum corporis infirmum
præcipue morbis opportuna. Natus etiam
cum parente coniungitur a lacte, quod impe-

com

A

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

QUÆDAM

DE

RACHITIDE

COMPLECTENS.

MAXIMUM periculum ætatulæ infantium imminet, plurima enim noxia undique obsident, quæ maturis jam viribus, vel nihil vel perpaulùm obesse possunt. Matre imbecillâ penè vel in ipso vitæ limine ægrotat infans, saltem propter habitum corporis infirmum præcipuè morbis opportunus. Natus etiamnum cum parente conjungitur a lacte, quod impe-

A

tum

tum a matre ad puerum citò pervehit. Cibi pravi, morbi, medicamenta quæ matrem afficiunt, in valetudinem infantis plurimùm valent. Homo futurus nunc inops imbecillisque maximam curam et diligentiam postulat, ut ab injuriis muniatur; victus, exercitatio, atque alia hujusmodi, temperentur. In his cura aliena cujus indiget, non semper assidua est.

Sani corporis functiones variæ, certâ ratione conjunguntur, et unâ prosunt hominis saluti; hâc conjunctione disruptâ, morbus oritur: sed quantò diuturnior tantò validior conjunctio est; hinc in prima ætate, rebus nocivis faciliùs disrumpitur. Morbos infantium multùm attingere nequit medicina: nam ægroti multa interna signa verbis exsequi parùm valentis, nonnunquam morbus ne dignosci quidem potest: hinc morbo venienti occurrere, hinc morbum maturum sanare, præcipuè est difficile.

Postremò,

Postremò, in remediis adhibendis, moram plurima afferunt ; æger, judicii expers, malum instans spe commodi sequentis sustinere non vult : hinc plurima medicamenta adhiberi non possunt. Hæ ferè videntur esse causæ imbecillitatis infantium.

Ossa humani corporis quibusdam vitiis obnoxia sunt, quæ ea mollia et flexilia efficiunt.

*Mollities ossium** adultos, *Rachitis* infantes affligit ; de qua mihi nunc disserere in animo est.

Rachitis

* Hujus morbi inveniuntur exempla in libris sequentibus : Delect. Opusc. Medic. quæ collegit J. P.

FRANK,

Rachitis grassari solet, finito jam mense nono* et anni ante finem secundi. Hunc morbum comitantur inertia et debilitas; partes molles flaccidæ, caput magnum, abdomen tumidum, costæ depressæ, sternum acuminatum. Artuum ossa incurvantur, articuli grandescunt, et spina dorsi inflectitur. Dentes laxantur, nigrescunt, excidunt. Cibi appetentia rarò minuitur,

FRANK, M. D. tom. 5. cap. "De Rachit."—*Mém. de l'Acad. des Sciences*, 1757.—GOOCH, *Cases and Practical Remarks in Surgery*, vol. ii. p. 398.—Act. Hafniens. Germ. Ephem.—FORESTUS.—SAVIARD.

* Testatur aliquis nostrum, se semel, et semel tantum, vidisse puerum recens natum hoc morbo afflictum: atque in eo spina dorsi et collum adeò erant debilia, ut nullâ ratione valerent grandiusculum caput sustinere. Obiit hic intra tres menses post partum. GLISSON. de Rachitide, c. x. p. 178. Vide etiam, *La Médecine éclairée par les Sciences Physiques*, par FOURCROY, p. III.

nuitur, et alvus sæpissimè solvitur. Ingenium nonnunquam fatuum, sed sæpiùs præcox est *.

Corporibus mortuorum incisis, viscera videntur morbo mutata, sed variè. Hepar justo majus, aliàs sanum; glandes mesentericæ auctæ; intestina flatulenta; cerebrum solito fluidius, et humor inter membranas et in ventricula effusus. Ossa mollia et cartilaginis instar †.

Quæstio de Rachitidis origine, valdè obscura est. Morbum primus depinxisse creditur

GLISSONUS,

* Hæc et alia signa hujus morbi MAYOW celeb. ingeniosè explicare conatus est. Vide Tract. duo, de Respiratione, et de Rachitide.

† Vide GLISSON, p. 10, ad 16.—BUCHNER de Rachitide, in Disput. ad Morb. Hist. et Curat. faciend. quæ colligit HALLER. tom. vi. p. 281.—VAN SWIETEN. Comment. cap. de Rachit.—CULLEN.

GLISSONUS, Medicinæ Professor in Academia Cantabrigiensi, qui libellum anno 1650* edidit; paulò antè, ut nonnulli volunt †, quod mihi parùm liquet. Hic morbus primo in comitatibus *Dorset* et *Somerset* ortus, deinde in Londinio, Oxonia ac Cantabrigia sævisse dicitur. In partibus insulæ occidentalibus et australibus vulgò, in orientalibus et septentrionalibus rarò visus ‡. GLISSONUS et septem medici periti, naturâ morbi diligenter exquisitâ, quæ experti didicerant GLISSONO in manus tradidère ||. Cæterùm, ea postquam de origine morbi

* Bibliothecæ Collegiæ Regalis Medicorum Londinensis Catalogus.

† J. FLOYER Eq. *History of Gold Bathing*.—VAN SWIET. Comment.

‡ GLISSON. de Rachitide, p. 3.

|| Ibid. Præfat.

morbi divulgata erant, tempus tamen et locus perobscura mansêre. “Admiratione autem dignum est, (ait GLISSONUS), quod cùm morbus recens sit, et non ita pridem nomine donatus, neque in locis adeò dissitis aut inaccessis vigens, nemo hætenus invenire potuerit, qui sciret aut ostenderet, vel primum nominis autorem, vel ægrotum cui primum nomen morbi accommodatum fuit, vel locum peculiarem ubi, id factum, vel modum etiam quo inde in vulgus dispersum fuit. Populus nomen morbi nactus, quasi re navitèr acquiescit, neque ulterius se sollicitum vult de nominis autore, aut re ipsa *.”

Nomen morbi (*Rachitidem*) a Græco *ραχίς* deductum, GLISSONUS opinatur; sed non facile est

* GLISSON. Præfat. p. 4.

est credere, morbi ab eruditis observati et nominati, originem et nomen triginta annis post ortum ejus tam obscura fieri. Nonnulli medici HIPPOCRATEM, variosque scriptores ante ætatem GLISSONI, Rachitidem expressisse arbitrantur. Hic satis erit loca citare in quibus Rachitis depingi videtur, quæ pro cujusque judicio, cum morbo comparanda, lectori trado. Dubitationem de antiquitate morbi non ratio-
cinatio, sed citatio abstulerit. Quod sequitur, ad Rachitidem spectare dicitur * : *Και οσοισι αν*

η ανωτερω των φρενων το κυφος τειτοισι μεν αι τε πλευραι ουκ εθελασιν ες το ευρυ αυξεσθαι, αλλ' ες τε'μ προσθεν το τε σθηθος οξυ γινεται, αλλ' ε πλατυ· αυτοι τε δυσπνοοι γινονται και κερχνωδες· ησπον γαρ ευρυχωριην εχσιν αι κοιλιαι αι το πνευρα δεχομεναι, και προπεμπεσαι †.

CELSUM

* ZEVIANI della Rachitide, c. 2.

† ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ το περι Αρθρων.

CELSUM Rachitidem depinxisse fertur *. De puerulis dentientibus ait, “ At ubi ætas paulum processit ; glandulæ et vertebrarum quæ in spina sunt aliquæ inclinationes : strumæ, verrucarum quædam genera dolentia, et plura alia tubercula, oriuntur †.” Scriptorum multorum loca varia citantur ‡, ex quibus elegi quæ sola mihi digna lectu visa sunt. JOHANNIS BAPTISTÆ THEODOSII, in Epistolis Medicis quas filius PHILIPPUS THEODOSIUS post mortem pa-

B

tris.

* ZEVIANI, c. 2.

† CELSUS, lib. ii. c. i.

‡ Sequentia loca citata, ad Tabem pertinent.—HIPPOC. de Dentitione.—GALEN de Differ. Febr. c. x. lib. i.—MERCURIAL. de Morbis Puer. lib. i. c. iij. de Macie.—SENNERTUS de Infant. Morbis, pars ii. c. xx.—REUSNERUS de Morb. Puer. c. 22.—HIPPOCRAT.—Aphorism. 26. lib. 3. etiam de Locis in Homi-

tris collectas edidit, anno 1554, Basilie, locus citatur*: loquitur de quodam morbo qui infantes adoritur spinâ curvatâ, costis in formam arcûs projectis, atque toto corpore debilitato: Si rachitis denotetur, certè undiquaque adumbratur†.

Multò

* NAVIER, sur l'Amollessement des Os, p. 24.

† “ Pro puero ex canfri et humoribus multis malis affectibus laborante, consilium. Ejus temperamentum declinat ad frigidum et humidum, ex quo color totius cutis pallidus redditur, ita ut ad cachexiam tendere videatur; et multæ in eo cruditates generentur, affectus est debilitas virtutis motivæ, ita ut cùm mensium jam septendecim, non possit ullo modo se movere, nec stare, et cùm in ulnis a nutrice defertur, vix caput potest erectum tenere. Symptoma aliud omnium sævissimum est, vertebrarum trium in costis notis ad exteriora declinatis, et est modus gibbositatis, et in modum arcûs costæ etiam incurvari videntur.”

Multò ante sæculum decimum septimum infantes diaboli soboles habiti, a quibusdam, et quidem ab HEISTERO, rachitici fuisse putantur: quam probabiliter non liquet, neque enim signa quibus afficiuntur infantes non proposuêre auctores. “ Invenio evidentissima rachitidis signa in pueris quos sæculo adhuc decimo quinto, pro partu ex muliere saga et dæmone incubo, in ipsis etiam actis pulicis declararunt; neque impium tunc erat, prolem tam execrabili patre progenitam, aut in aquis submergere, aut alio quovis modo vitâ privare *.”

Sed missis, quæ suprâ citavi, haud dubium est, rachitidem annotatam fuisse ante ætatem a

GLISSONO

* FRANK. Delect. Opusc. Med. tom. v. p. 305.
—Vide etiam Progr. de Rachit. Helinstad. 1725.—
Conf. Medicin. Pract. compend. p. 190.

GLISSONO memoratam. HIERONIMUS REUSNERUS, in Dissertatione anno 1582 * divulgata, morbum infantium proprium depinxit, qui eo tempore sævit in quibusdam partibus Europæ. In hac descriptione continentur omnia Rachitidis signa præcipua ; ægri corpus marcescit, appetitus haud solito minor, arcuata sunt crurum ossa, atque costæ ab earum forma naturali quodammodo aberrant. Ut mihi videtur, perpauci dubitabunt hunc locum ad Rachitidem spectare.

Historiam

* “ Parla egli in una sua dissertazione di un male in que tempi molti familiare nell’ Elvezia, e nell’ Ollando, il quale era proprio de fantolini, e li faceva cadere in tanta magressa che perduta la carne, appena si potevano sostentare sulle ossa, quantunque il loro appetito si mantenesse vigoroso : che oltre a questo aveano ostruzioni, il costato scacciato, e le gambe curvate in dentro ond’ e che nella Danimarca il chiamavano varum.” ZEVIANI, della Rachitide, p. 21.

Historiam hanc brevem aggressus, ea loca lectori proposui selecta quæ studio dignissima visa sunt, utpotè propriùs attingentia morbum quem depingi putamus. Omnia loca a diversis scriptoribus laudata congerere, vanum opus esset. Nihil est quod bilem movere magis solet, quàm investigare morborum antiquitatem. Dum chartas eorum qui de his rebus prolixè disseruère scrutamur, in magnam molem locorum incidimus, qui tamen nihil pertinent ad id de quo agitur ; cùm interim, in decursu sermonis, scriptores ipsi commune judicium valere jubeant, si modò salva sit exquisitioris doctrinæ gloria.

Locis notatu dignissimis quæ de hac re citantur lectori traditis, graviolem quamdam partem materiæ aggredior.

Quæstio

Quæstio est perobscura, quomodo ossa, naturâ dura et inflexilia, in Rachitide mollia et flexilia fiunt. Jampridem cognitum est, ossa constare ex duabus partibus, glutine et materiâ terreâ, atque hanc iis duritiam et firmitatem dare; terram aceto solvi posse, et eo modo os flexile fieri *. Hinc credebatur acorem causam esse Rachitidis †. M. BONHOMME experimentis ingeniosis hanc opinionem illustravit. In Rachitide acorem in intestinis oriri, in sanguine circumire, ad ossa admoveri, et eorum terram solvere arbitratur. Pulli gallinacei plures ejusdem partûs cibo dissimile pascebantur; alii farinâ

* HALLER. Elem. Phys. t. 8.

† ZELLERI CAPELLIUS in cacoehymia acida proximam Rachitidis causam ponit.--Vide etiam RUYSCH. Advers. Anat. Dec. 2. de Valgis.

rinâ hordeaceâ, alii farinâ hordeaceâ cum phosphate calcis, alii cibis utrisque, alternis vicibus. Post mensem pulli necati, ossaque maximè induruerunt pullorum qui phosphatis calcis maximam vim comederant: deinde hoc medicamentum Rachiticis utiliter exhibet*. Liquet acorem causam esse Rachitidis, non probari ex his experimentis; atque in intestinis puerorum Rachitidis experimentum acor toties repertus, hanc sententiam satis refellit. SOEMMERING aliam opinionem amplectitur, quam sic explicatam dedit: "Materia calcarea ossium continuo tramite a vasis absorbentibus recipiatur, ab arteriis autem eodem modo perpetuò restituatur. Sin autem actio vasorum supra modum augetur, adeò quidem, ut plùs excipiatur quàm iterum restitui possit; fieri aliter non potest quàm ut defectus

quidam

* *Annales de Chémie*, tom. 18,

quidam in ossibus materiæ terrestris appareat, quæ dum ex ossibus educitur, et robur duritiemque istorum secum aufert, ossa mollia et flexilia relinquat, necesse est *.”

Ex hac sententia ossium gluten aliis, terram, aliis absorbentibus auferri, existimatur; et horum solùm quæ terram hauriunt, in Rachitide actionem augeri: nam utriusque generis absorbentium, actione auctâ, cùm gluten, tùm terra minui debet, et ossa non duritiam sed magnitudinem amittere debent.

Quod

* ERNEST. FRED. GULIELM. HEIN, Dissert. Inaug. de Vasorum Absorb. ad Rachit. procreand. potentia. Gottingæ 1792.

Vide etiam SOEMMERING. de Morbis Vasorum Absorbentium, p. 94.

Quod in hac sententia sanciri videtur, neque experimentis neque analogiâ probatur: nam absorbentium partium solidarum, actione auctâ, ut in carie et ulceratione, tota materia auferitur. Nonnunquam verò, aliam ab alia parte, sed tenuiorem a densiore absorbentia segregant, ut in vesicula fellea, et vesica urinaria; sed hoc sententiæ non opitulatur, quia gluten a terra secerni debet. Ast absorbentium actio non augeri, sed minui, in Rachitide videtur: Æger malè cibum concoquit; hepar et glandes mesentericæ grandescunt; aqua in cerebro, et nonnunquam in aliis corporis partibus, effunditur. Sententiæ SOEMMERINGI multa objici possunt.

Ossa materiam terream habent, quæ a SCHEELE probatur phosphas esse calcis *, quæ-
C que

* FOURCROY. *Système des Connaissances Chimiques*, tom. ix. p. 277.

que iis duritiam et firmitatem impertitur. Terra abundat plùs minùs pro cujusque ætate. Foëtùs ossa ferè omninò ex gelatine constant ; in ætate matura, terra usque ad rigiditatem ; et in senectute, usque ad fragilitatem crescit †. Terra, ab arteriis quæ ramos per ossis substantiam pandunt, secernitur.

Quemadmodum a vasis hepatis bilis, a vasis ossis, terra, secernitur. Totius corporis particulæ (inter quas ossium) continuò ab absorbentibus hauriuntur, et ab arteriis restituuntur. Hæ omnes secretionem restituuntur ; atque arteriæ variæ materiam secernunt pro corporis necessitatibus variis : aliæ muscolum, aliæ os, aliæ

† HALLER. Elem. Physiol. t. VIII. lib. xxix. p. 267.

—Ibid, lib. xxx. p. 72.

aliæ salivam, aliæ urinam secernunt. Partes, cum solidæ tum fluidæ, ex sanguine confinguntur, secretionem; quæ rectè dicitur, ea formatio ex sanguine partium, principiis nec chemicis nec mechanicis omninò explicanda. Verisimile est rachitidem a minuta actione vasorum oriri, quæ ossis terram secernunt: hinc terra et ossium duritia minuuntur; hinc infantes præcipuè Rachitidi obnoxii sunt; arteriarum ea vis quâ terra secernitur, ab infantia ad senectutem gradatim crescit, et faciliùs morbo languescit primâ ætate, quia tunc imbecillior est.

RATIO MEDENDI duplex est:

1mò, Habitum pravum tollere.

2dò, Corporis distortionibus obviam ire, aut eas amovere.

I. Abdomini

I. Abdomini tumido, atque intestinatorum functionibus turbatis, hydrargyri portiones parvæ, frequentes, atque per longum tempus adhibitæ, opitulari possunt*. Alvum regularem servare medicamentis, præcipuè ex hydrargyro, catharticis, opus erit. Remedia adstringentia, ut cinchona et vinum ferri, cibi concoctioni et toti corpori robur largiuntur. Carbonas ferri præcipitatus, cum salium purgantium parvis portionibus, a WILLAN maximè laudatur†. Artus bis terve die lanulâ calefactâ infricandi. Balneum frigidum utilissimum, Rachitide nascente; sed morbo aucto, cum abdomine maximè tumido, et fæcibus duris et foetidis, balneum tepidum præstat‡. Frigus atque humor hunc morbum augent; ergo

* PORTAL, *Sur la Nature et le Traitement du Rachitisme*.

† *Diseases of London*, p. 225.

‡ PORTAL.

ergo infanti vestimenta sicca admoveri, et sæpè renovari debent; et ægrum ab loco humido, ad calidum et siccum, statim migrare oportet. Victûs modus, res haud levis est. Lac nimium, atque alimentum ex farinâ non fermentatâ paratum, evitanda. Victus ex pane fermentato, et carne, constare debet. Exercitatione quotidie utendum, ægro in vehiculo idoneo reclinato, ne corpus torqueatur.

II. Ut figura naturalis corporum infantum servetur, magna cura postulatur. Matrem oportet nunquam in culcitâ plumeâ molleque infantem ponere, quia corpus dispariliter subsidit, atque ita spina vel artus distorquentur.

Cùm in sella puer sedeat, pulvinus mollissimus evitandus; nam puero sedente corpus proclinatur, spina curvatur, et fingitur ad deformitatem. Figura quoque sellæ haud temnen-

da

da est. Fulcra cubitorum, nec admodum celsa, nec admodum humilia, esse debent; nam a celsis brachia maximè levantur, atque hinc oriuntur humeri præter solitum erecti; ex humilibus, in unum latus infans nititur, hinc spinæ curvatio nascitur. Pueri, ope funiculorum, nimis tenerâ ætate non debent ambulare, quia ossa flexilia, corporis pondere inflectuntur. Hac ratione, formam naturalem artuum tueri oportet, maximâ curâ et sollicitudine; nam membris curvatis, nunquam possunt omninò recta fieri.

Cùm artus ambulando curventur, ossibus adhuc mollibus, quies postulatur, atque membris curvatis reddere pristinam formam idoneis fasciis conari decet*. Si spina curvari incipiat, pondus levare partium prementium

* PORTAL, p. 308.

mentium ope instrumenti necesse est. Hoc genere remediorum suâ ætate uti, medicos solitos esse, testatur GLISSONUS. “Artificialis corporis suspensio,” ait, “ope instrumenti cujusdam pensilis, ex fasciis eâ arte formati, ut pectus sub axillis complectatur, et caput sub mento alia fascia circumdet, manusque binis ansis excipiat; unde corporis onus, partim a pueri manibus, partim a capite, partim ab axillis, in aëre pendulum sustineatur, ita ut ab adstantibus non sine voluptate hùc illùc impellatur.”

Hujusmodi machina hodiè fabricata ab JONES, omne tulit punctum. Hæc machina caput atque truncum corporis sustinet, pondus eorum a spina amovet, adeò ut spina nihil ampliùs a forma naturali aberrare possit.

F I N I S.

incentum ope instrumenti necesse est. Illos
 gentes remedium sua aetate non habentes
 solites esse testatur Celsus. "Artificis-
 lis corporis suspensio," ait "ope instrumen-
 ti quidam penalis, ex fasciis est arte formata,
 ut partes sub axillis complectatur et caput sub
 mento illis fasciis circumdet, manusque binis
 suis excipiat, unde corporis omnis, partium a
 pueri manibus, partium a capite, partium ab axi-
 llis, in sepe pendulum sustineatur, ita ut ab ad-
 sensibus non sine voluptate hinc illuc impellat.

Huiusmodi machina hodie fabricata ab
 Joanne Goussier, hinc punctum. Hinc machina
 caput atque truncum corporis sustinet, pedes
 coram a spina amovet, sed ut spina rectilini-
 bus a forma naturali abstrahere possit.